



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XIX. Markgraf Ludwig schenkt der Stadt Dramburg die in der Stadt  
belegenen Mühlen, am 2. Oktober 1351.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

celebrandis minime obedirent, quod absit, extunc quacunq; via uel modo quibus possit, cum consilio et auxilio predictorum consulum, cuius et quorum conscientias in hoc oneramus, hortantes et astringentes eos per iuramenta fidelia, ad que deo et nobis sunt alstricti, sic infra XL dierum spacium ordinet et disponet, quod dicte misse et diuina officia, sic ut premititur, celebrentur. Si uero aliqua contradiccio fieret, quominus infra dictum tempus predicto decano uel suis successoribus non obedirent, extunc idem decanus uel sui successores et consules ipsum negocium ad examen archidiaconi et prepositi loci referre et deducere tenebuntur, qui eciam infra XL dierum spacium una cum predicto decano uel suis successoribus et consulibus efficere et ordinare per conscientiam ipsius toto nisu suo et effectu tenebitur et debet per censuram ecclesiasticam, quod diuina officia, ut prius sepe dicitur, celebrentur. Quod si facere et ordinare nequiverit, extunc eo ipso facto sine omni contradiccione et defensione dicta altaria, in quibus negligencia diuinorum, ut predictum est, committitur, vacare debent et Hassio uel consules predicti postea licite et canonicè poterunt alium uel alios, qui ad dicendum officia et horas predictas prouisi et parati fuerint, debent et poterunt presentare. Si uero idem decanus uel aliquis suorum successorum ad diuina officia celebranda, ut premititur, rebellis fuerit, tunc is, qui est altariista et officiat altare sancti Johannis ewangeliste et beati Nicolai, contra eundem decanum et suos successores una cum archidiacono et preposito loci et consulibus procedere poterit et debet in omni modo et forma, sicut de aliis tribus altaristis superius est expressum. Predictæ quoque misse et celebraciones diuinorum officiorum incipient in festo Michabelis proximo ac fructus et redditus predictorum altarium in festo beati Martini confessoris subsequenti et postea perpetue percipient et tollant. Qua propter idem Hassio nobis humiliter supplicauit, quatenus ad confirmacionem, ratificacionem et appropriacionem dictorum donacionum et fundacionum et aliorum predictorum procedere dignaremur. Nos insuper operis tam pii cupientes esse participes, predicti Hassionis iustis desiderijs favorabiliter inclinati, donacionem, fundacionem, dotacionem, libertatis et emunitatis concessionem predictas, nec non omnia et singula supradicta in honorem dei omnipotentis sempiternum ratificamus, approbamus, appropriamus et certa nostra sciencia in nomine domini perpetue confirmamus. Renunciantes solempniter deliberato animo nostro et nostrorum consiliariorum presentibus litteris pro nobis, heredibus nostris et successoribus nostris omnibus iuribus, actionibus, que ad nos pertinebant uel pertinere poterant in stagno, insula et locis omnibus et singulis alijs supradictis. In cuius etc. Testes Bombrecht, Hufener, Hele, Zach, Hagen, Lenguelder, Wolff cum ceteris. Datum in Ffrankfurd, Anno M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup>, feria II infra octauas pasche.

Aus Dickmann's Sammlung des K. Geh. Staatsarchives und der v. Hachwitz'schen Sammlung.

XIX. Markgraf Ludwig schenkt der Stadt Dramburg die in der Stadt belegenen Mühlen,  
am 2. Oktober 1351.

Nos Ludewicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio, sacri Romani Imperii Archicamerarius, comes palatinus Rheni, Buarie et Carinthie Dux, Tyrolis et Goricie comes,

nec non Aquilegiensis, Tridentinensis et Brixinensis ecclesiarum aduocatus, nostri, fratrum nostrorum dilectorum illustrium dominorum Ludowici et Ottonis, Marchionum Brandenburgensium, et heredum nostrorum nomine publice profiteamur in hiis scriptis, Quod discretis viris ciuitatis Drowenburg consulis, fidelibus nostris dilectis presentibus et futuris, dedimus, damus et donatione sollempni presentibus donamus omnia molendina, in ciuitate predicta constructa, cum omnibus suis emolumentis, vsibus, fructibus et quibuscunque derivationibus et deriuantibus, sic quod ipsa molendina cum omnibus premissis ad prenotatos consules debebunt pertinere pacifice et quiete iusto proprietatis titulo cum omni iure, forma, conditione et honore, prout nobis pertinebant hactenus, in antea per cursus temporum sempiternos, quatuor choris annone ad scultetos ibidem pertinentibus et iuribus ad ipsos spectantibus duntaxat exceptis, quos nostre collationi in perpetuum referuamus. Renunciantes omni iuri et actioni, quod vel que nobis, fratribus, heredibus et successoribus nostris competunt seu competere poterunt in predictis molendinis, quatuor choris premissis exclusis, aliquantulum in futurum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Presentibus Strennuis uiris Friderico de Lochen, capitaneo nostro generali, Johanne Hüfener, Camere nostre magistro, Wolfardo Satzenhofer, curie nostre magistro, Petro de Breydow, Johanne de Röchow, Hassone seniore, Hassone de Falckenburg, dictis de Wedel, Henningo de Vchtenhagen, militibus, et Ottone Morner cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Königsberg, anno domini millesimo tricentesimo quinquagesimo primo, die dominico proximo post diem sancti Michaelis archangeli.

Aus v. Dreger's Abschrift.

XX. Markgraf Ludwig der Römer nimmt Haffe von Wedel als Hauptmann zu Schiefelbein mit 100 Gewappneten zur Hülfe seines Vogtes der Neumark in seinen Dienst und bevollmächtigt beide zu Friedensverhandlungen mit den Herzögen von Stettin, am 26. April 1354.

Wir Ludewig der Römer etc. bekennen offentlich vor vns vnd vnsern lieben broder Marggrafen Otten vnd vnsern erben, daz wir dem besten manne haffen von wedel von Vchtenhagen, ritter, zu vnsern hauptmanne zu dem Schyvelbeyn gefath hebben vnd zetten mit diesem Brieffe, also daz er stetes hundert gewapent man halden zal. Dar jegen zal vns vnser voygt ouer oder, Otte von fliwen, halden tzeue hunderth gewapent man vnd szollen dar also vnder eynander halden, daz der vorgnante haffo von Vchtenhagen von alle dem, das zie an beyder sitten vordinghen, den drudten penning nemen schal vnd vnser vorgnannter Voyget de zwene penningh von derselben dingnisse. Auch vm widerstadinge ziner guth, die wie im tun sulen, wollen wir daz halden nach zin selbes vnd vnser vorgnannten Voygetes rath. Mochten ober de zwene des nicht ober eynkomen, szo sol der veste man haffo von wedel von Valkenburg, vnser lieber getruwer, den wir darzu schaffen vnd geben, eyn dritte man dar ober zin vnd wollen daz nach zinen rate halden, also em dat redlichen vnd bescheiden ducht zin. Hirvm gelobe wir nu synen frunden henninghen von wedel, vnserm kammermeister, haffen von Val-